

www.e-rara.ch

**Ioannis Oecolampadii, doctoris undecunque doctissimi, in librum Iob
exegemata**

Ökolampadius, Johannes

Basileae, mense Martio, anno 1532

Universitätsbibliothek Basel

Persistent Link: <https://doi.org/10.3931/e-rara-73029>

Caput XXVI

www.e-rara.ch

Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

Nutzungsbedingungen Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelinformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

Terms of Use This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

Conditions d'utilisation Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

Condizioni di utilizzo Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]

roborat. Dicere enim posset. Recte nobis caelestia ante oculos poneres, & cū terrenis illis cōferres, si eadē imutabilitas esset in terrenis illisque in caelestibus. Illa suum ordiē seruāt beata, haec nulle casibus obnoxia, siq; deq; ferūtur. Respondet etiā aliquid mutabilitatis in coelo comperiri. Sunt enim eclipses lunae, & abscondūtur stellae, nubiū tegumento ab oculis nostris occultatae. Quae iuxta imperiti uulgi opinionem dicta sunt, Hebraeis ita enarrantibus. Sūnt Phisici, ut lunae lumen occultetur, at qui testantur sacrae literae Eclipsen factam moriente Christo tempore plenilunij, praeter naturae ordinē, proinde tam sol quā luna, ac caeterae stellae, aliquid mutationis admittunt, quantum ad naturam suam attinet, sicubi conditori placet. Imō hoc & de angelis summis dicere licet. Alij uerterunt. Eae ultra luna non lucet & c. Hoc est in comparatione dei tanquam summi luminis praesentia omnia obscuratur, quanto minus homo qui uermis & putredo obscuratur. Indicat autem, non carere ratione etiam si luna aliquantisper amittere uideatur lumen, quod statim reparat, nec idcirco deus aberrat. Vnde consequitur, quod nec in homine errat, qui iuxta corporis sui rationem stellis inferior est, & uermibus comparandus. Est autem mens Bildadi ut supra patuit, quod deus paulopost probatum iustum in hoc mundo sit remuneraturus.

CAPVT XXVI.

ET respondit Iob ac dixit.

Disputationis tertiae. Oratio quarta, Iob nono loquitur.

Quem uiuisti imbecillem? (quem) seruasti
brachium infirmum.
Quantum consilium dedisti insipienti? &
ordinem dei, docto uotum fecisti?

Cui

- 4 Cui annunciaſti uerba: & anima cuius exiuit ex te:
 5 Mortua formatur ſub aquis & uicinis illarum.
 6 Nudus infernus coram eo, & non eſt operimentũ
 7 perditiõni.
 8 Extendit aquilonẽ ſuper inane, ſuſpendit terrã ſuper
 9 nihil.
 10 Ligat aquas in nubibus, & nõ ſcindiť nubes ſub eis.
 11 Tenet uultũ ſolij, expãdit ſuper illud nubem ſuam.
 12 Præcepto terminum dedit cõtra faciẽ aquarum,
 13 uſq; ad conſummationem diei cum tenebris.
 14 Columnæ cœli contremiſcent, & obſtupeſcent ab in-
 15 crepatione eius
 16 In uirtute ſua ſedat mare, & in intelligẽtia ſua per-
 17 cuſſit fortitudinẽ.
 18 In ſpiritu eius cœli pulchri, formauit manus eius
 19 ſerpentẽ uectẽ.
 20 Ecce hæc partes uiarum eius, & quàm parum, uer-
 21 bum auditum in illis, & tonitruum fortitudinum eius
 22 quis intelliget?

METAPHRASIS HUIVS ORATIONIS.

- 2 **E**tiam tua oratione ieiuina, nullum adiutabis infir-
 3 mũ, nullum ſeruabis inbecillem, nulli inſipienti cõ-
 4 ſules, nulla parum eruditio ſapiẽtiã addes. Arbitra-
 5 ris ne, qđ loquaris homini uerba iſta trutinare neſci-
 6 ent? Erit ne qui ſuere afflictuſ, quẽ cõſolabit ſermo ille tuus.
 Nouimus

Nouimus & nos diuinæ potētiae mira opera, ad consolandū
 hijs quæ à te producta sunt, multo accommodatiora. Age nō
 à summis sed ab infimis ordiamur. Quid uilius, seminum
 5 quæ aut in aquis latent, aut in terris recondita, putredine? &
 quā mirifica & præclara inde educuntur? nōne hinc margar-
 ita, corallia, aurum, argentum, fruges & innumera? Nihil
 6 enim, uel in abditissimis à deo ita absconditū, ut non pareat
 imperanti. Iam si ex semine mortuo tam grauidæ surgunt a-
 ristæ, & ex putredine prodeunt tā præciosa, neq; nos in mor-
 te spem resurrectionis abijciemus. Neq; terrebit nos etiā si
 7 pulueris nostri semen dispereat ac euascat, quandoquid-
 em summo omnium opifici, nulla in rebus aut creādis aut
 conseruandis materia opus est. Vnde enim ille, cœlum
 ac terram condidit? Nōne inane est super quod conspi-
 cuum illud nobis aquilonem expandit? nōne inane etiam
 id super quod fundamentum terræ iactum? Maius autem
 nobis fidei incrementum concedit, quod uidemus illum o-
 8 mnia sua opera sic instituisse, ut ex eis magna ad nos redeat
 utilitas. Mirum ut aquas in nubibus tanquam in utre cō-
 stringat, ne simul depluentes diluuiō terram deuastent, &
 iterum solis æstus ferre non ualentibus, ut uelamentum ex
 9 illis throno suo quī cœlum est prætexat. Est & hoc inter
 beneficia eius computandum, quod in salutem nostrā, ma-
 10 ris impetus, præscripto termino perpetuo, refrenat undiq; et
 11 ubi dies longior, & ubi nox productior. Quamuis autē
 interdum terreat ita ut & colūna cœli, mōtes ac terra in quā
 contremiscant, mareq; miris fluctibus intumescat & læuiat.
 12 Eadem tamen potentia tumidum mare tranquillat, & sere-
 nantibus uentis, ornatum cœli conspiciendum exhibet cum
 13 pulcherrimo illo draconis sidere, inter uras duas caudā suā
 interponentis, ut ex hoc benignitatis pignore longe ampli-
 14 ora nobis polliceamur. Sunt enim uisibilia hæc, ineffabilis
 eius

eius potentia & misericordia, tenues quidam sibi ac parua uestigia, tonitrua, certe & plena maiestatis illius summa præconia si proferantur, nequaquam humanæ mentis angustia capere poterit.

¹ Et respondit Iob] Refutatur Bildadi sermo, utpote ad consolandum iniunctis. Iobus autem de operibus dei loquitur copiosius, & ita ut multo amplior sit ei a consolationis materia suppetitur. Vnde in metaphrasi anagogicas attexere a Iobus sum, partim quod sic loqui uoluit Iobus, ut ex dictis suis maior quæ ex sermone Bildadi consolatio hauriatur: quod non feret si nuda opera dei sine rationatione spectes: partim quod ipse concludit, illa tenuia esse quæ dicit, insinuans nimirum illa mysteriorum tonitrua in eis recondita, quæ malui in nostram etiam consolationem annotare, quàm licentiosas quorundam sequi allegorias. Porro non conuertit hic sermonem ad deum ut quibusdam placet, nouas hic Iobi blasphemias exaggerantibus. Neq; Bildadum arguit, quasi deo fortissimo, ut infirmo patrocinetur, quod tamen uerisimilius. Sed iuxta Hebræorum enarrationem Bildado loquitur, cuius orationem primis uersibus infusam asserit, & mox etiam ipse dei potentiam ex operibus alijs colligit.

² Quem inuisti imbecilem?] Hoc est ô Bildade uerba tua, neq; me neq; alium similiter periclitantem iunant ac consolantur. Quid enim consolationis est infirmo, si potèntium robur illis prædices, sicut tu de angelorum ac fideliū potentia, numero, pacis ac lucis narras? Dic potius, ut deus humilia & abiecta exaltet & reparet? Imbecilem & infirmo brachio se dicit, eò quod propter uarias ærumnas, semetipsum ut supra testatus est consolari non poterat, alioqui fortissimus athleta dei erat.

³ Quātum consilium de disti insipienti] Nunquid doctior uel eruditior sermonibus tuis redditus sum, quasi dicat: Minime, iam enim antea noui, quæ tu mihi proponis.

Et ordinem] Ordinem uerti ex Hebræo תַּיְשָׁבֵּת quod etiam supra habuimus. Alij aliter reddiderunt. Sanctes sapientiam, Breuius potentiam, Hieronymus: Prudentiam tuam ostendisti plurimam Græcè δὲ ὑμῶν Rabi Abraham, quæ est Thuschia, id est, lex ordinis dei in rebus inferiori-

bus quā docuisti iuxta tuas cogitationes. Dicit autē quod neq; sapientē, neq; insipientem docuit. וְרַבִּי Vnde & Rabini à multitud. ne scientiæ. Verti: Docentur enim & sapientes ut sapientiores euadant.

4 Et anima: uis exiuit] Id est, cuius spiritus ut iterum spiret ex te, id est, per eloquiū doctrinæ tuæ refoecillatus est ac reuixit. Quomodo & de Iacob dicebat Gen. 45.

Operū dei enumerationem cōfirmat.

5 Mortua formantur] Enumerat & ipse opera dei, maiori confirmatione spei. Primum ostendit deum à conditōe rerum, deum, ex nihil & ab ætissimis summa facere. Secundo à dispositione rerum conditarum, docet in omnibus deum utilitatem hominis attendere. Tertio declarat deum aduersa in p: o: spera commutare. Quibus locis pusillanimes ac territi mire eriguntur. Et non à summis ināpit, sed ab infimis & contemptissimis, utpote ab his quæ in terra ac aquis iacent corrupta semina, & ut immundæ putredines, & algæ habitæ. Hæc enim רַבִּי, id est, mortua appellantur, & diuina uirtute formantur, tam in aquis quā in uicinis illarum aquarum, id est, campis & montibus. Vnde enim conchilia in quibus uniones, & corallia, Vnde metalla auri & argenti: Vnde è stercore agri sterilitas. Hanc expositionem sequens uersus comprobat.

Infernus & perditio.

6 Nudus infernus coram eo] Infernus & perditio loci infimi dicuntur, in quibus deus operatur, hinc enim metalla eruantur. Dicit igitur, æque format illa deus ac cognoscat, ac ea quæ supra lunam sunt, de quibus tu Bildade philosophatus es. Hic mediocriter exercitatus mentis oculos habens facile resurrectionem sibi promittit, maxime admonitus à Paulo Primæ Corinthiorum decimo quinto: Stulte tu quod seminas non uiuificatur nisi mortuum fuerit, & hoc quod seminas non corpus quod nascatur seminas. Et inf a: Seminatur in corruptione & resurget incorruptibilitate. Ad Romanos quarto: Vocat deus ea quæ non sunt, tanquam sint qui uiuere facit mortuos. Expositio magis mihi arridet, quā ea quæ Rabi Mose ponit iungens superioribus: Numquid uerba tua profunt mortuis, uel sub aqua uel sub terra. Alij pro mortuis uerte, unt: Gigantes, ex parte sequenti Græcum qui sic habet: μέγαντες μεγαλή, δυνάμεις ὑπὸ κατωτέρω ὕδατος καὶ ὑπὸ γειτόνων αὐτοῦ : Numquid gigantes

Gigantes obſetricum opera producantur ſub ſubtus aquam & uiana eius.
 Brennius Luberum inuitatus exponit Gigantes, ingentia ate in mari, per quos
 deſcribantur potentes tyranni terre, hi cum ſuis à iudicio dominidolent. Græ
 aſcholia ſpem magis roborant in hunc modū: μη ἀκκττοφθπέντες ἐν τῷ
 κατὰ κλῦσιν γ' ἔγεντες πᾶσι ἀντιβιάσονται ἐν ἰσὶ δύναμει θεός ἐ
 σθ' ὁ μετ' ἐξουσία καὶ τοῦτο νεκροῦς ἐνίσχισι: Num conſumpti in di
 luuio gigantes iterum uiuent ſua uirtute. Deus eſt qui cum poteſtate etiam
 mortuos uſat.

- 7 Extendit Aquilonem ſuper] Docet etiam olim deum ex nihili creaſſe cæ
 lum ac terram, nullaq; ſibi ad formationem materia opus. Extendit aquilonē;
 & ſuſpēdit terram, ſuper nihilum. Quoniam orizon aquilonaris nobis uide *Aquilo p cælo.*
 tur, & australis deprimatur, & inde ab aquilone ad meridiem iuxta Ariſtote
 lem longitudo cæli eſt, ſiquidem imaginemur hominem dextra cælum ab ori
 ente in occidentem uoluere, quomodo Poëta de Atlante finxerunt habere
 te caput in aquilone, pedes in meridie, recte igitur per aquilonem cælum
 ſυενδ' ἀρχινῶς accipimus. Iam quod dicit expanſum cælum ſuper nihili, nū
 propterea ponderoſum ſulamento egere mult, ne cadat, ſed naturales uirtutes
 quibus ſuis in locis manent corpora, à diuina uirtute proſaſa ſignificat. *Vi cæli ſuper ni
 bili expanſum.*
 enim motus uiolentus ab humana poteſtate ita naturalis inclinatio, à diuina
 uirtute quæ nature prināpiū prodiit, ut ratio omnibus modis uiuatur, & po
 tentiam dei diſſeat Porro iuxta ſcripturas deo tribuere quàm nature inclina
 tione multo ſanctius fuerit. Ingrati Phyſiā quidam, perpetuo opera nū
 di ſpectantes conditorem nunquam agnoſcunt gratias agentes, quaſi ſalutē à
 ſe res ſine deo ſint. Quod autem hic inane uel uacuum legis, ſcās iuxta
 uulgi opinionem ſcripturam ſolere loqui, quod ſpaciū illud aëre plenum ua
 cuum uocat, & ſuper hoc eſt cælū & terra, quæ ut ex nihilo prodiderūt ita à
 nulla alia re quàm deo portantur, Philoſophus ſubſtantijs ſeparatis id acci
 ptum firret. *Diuina uirtute
 omnia ſaſta.*
Inane ſiue uacuum

Ligat aquas in nubibus] Secundo à diſpoſitione rerum in utilitatem ho
 minis mentē corroborat. Hoc enim uidere licet in aquis quæ ſupra et quæ circa
 nos ſunt. Continet enim deus aquas, dū uapores aſcendētes in nubes cōuertit,

retinetq; donec celesti ui sumpta ad fecundandam terram guttatim demittatur. In nostram itaq; salutem ligantur, ne pariter deorsum ruant, & terram ut in diluvio deuascent, sed stillicidijs suis inebrient terram.

- 9 Tenet multum solij] Solium dei cælum est, uultus eius solij, apsis & ari-
uatura eius, hanc apprehendit & obtegit uelamento nubij, id iterum in nostram
recreationem fit, ne ab aestu solis pereamus, ut sit unus sensus, quamuis quida-
dam duos sensus sumunt, nempe quod in utilitatem hominis serenet interim
firmamentum, contignetq; ac solidet: nam & hoc **יְהוָה** Hebræis signif. cat,
interim autem nubibus cælum obducit. Astrologi hinc colligunt, quod per fi-
guram stellarum & uirtutem, istis inferioribus insuat omnis uirtus generatiua
& corruptiua, quam diu mundus stat. Deus uero ut prima causa omnibus
quæ sunt, concedit, ut sint ac moueantur.

- 11 Præcepto terminum dedit] Sic etiam inferiores aquas deus disposuit ne
hominem lederent, dum suis fluminibus multas commoditates afferunt, et ar-
tis limitibus continentur ne effluant, etiam ubi dies productior uel breuior,
hoc est ubiq; Vel ut alij exponunt usq; ad cōsumptionē diei cū tenebris, id est
quandiu sunt lux ac tenebræ. Et alludit ad hoc Genesis primo: Congregentur,
aque quæ sub celo in unū locū & appareat arida. Aquæ iuxta ordinē natura-
lē clementorū, undiq; terram obducturæ erant, sed dei beneficio portio terræ
in salutem nostram manet discooperta aquis.

- Columnæ celi contremiscunt] Tertia consolatio ex operibus dei: Quia
commouet terram, et turbat mare increpatione sua, id est, uentis suis: nam ma-
re agitatur ac seuit flantibus uentis, similiter & terra. Dicit Plinius libro se-
cundo: Neq; enim unquam intremiscunt terræ, nisi sopito mari cæloq; ad cō-
tranquillo, ut uolatus autū non pendeant subtracto omni spiritu qui uehit, nec
unquam nisi post uentos cōditos scilicet in uenas & cauernas occulto eius affla-
tu. Neq; aliud est in terra tremor quā in nube tonitruū, nec hiatus aliud quā
cū fulmē erūpit incluso spiritu luctante, et ad libertatē exire nitente. Columnæ
celi dicuntur, terra ac montes, quibus iuxta puerilem opinionem cælum in-
cūbere uidetur. R. Slomo dicit alludere ad tempus tonitruus, & tunc ea quæ
sub celo cōtremiscunt, significat autū uult omnigenos motus, & inquietudines
quæ super terrā, quibus deus partim suos exerceat, partim impios flagellat.

11 In uirtute sua sedat] Id est, deus sua potentia serenitatem inducit, & sedat superbos maris fluctus, quos uocat fortitudinem, quam intelligentia percipit ut intelligere & uelle dei summæ potentie esse cognoscatur. Alij uerterunt: Diuisum est mare, quo magis potentia & misericordia dei innotescit, non solum enim mari fluctus suppressit sed etiam transitum præbet, prior expositio simplicior ac melior.

13 In spiritu suo] Id est, non solum turbationem pellit, sed etiam serenitatem & summam amenitatem inducit spiritu suo, id est, uoluntate, uel etiam uento nimirum aquilonari qui sudificus est, ac serenator, ut iterum ornatus ælorum diu ac noctu conspicuus fiat, quem antea prohibuerat, & uidetur serpens uectis, uel ut alij uertunt tortuosus. De serpente hoc, ut inæptas allegorias omittam, uarie tradiderunt. Chaldeus dicit Leuiathan, alij Delphinus & Cetos, qui cælo sereno in mari ludunt, alij Galactiam, alij imaginati sunt esse motum Planetarum in circulis Deficientibus, quasi tortuosus draco esset, quoniam zodiacum interfecit, unde caput & caudam draconis uocant: Sed magis placet esse constellationem Draconis in polo arctico conspicuam, quæ omnium iucundissima est. Videre enim licet, ut ad polum caput & ceruicem monstrat stellis, os, oculos, & aures exprimentibus. Et deinde alij quasi maculis & spiris, depingentibus. Curuat autem se primum & dein circumiens Vrsam minorem, eam cauda sua tanquam uectis interposita, ab Vrsa maiore separat in hanc firè figuram.

Pp

3

Est



Est & alius Draco australis in celo, sed is rarius uidetur. De septentrionale igitur accipi decet. Inde autem colligimus post fluctus huius celsa gaudia nobis reservari.

- 14- Ecce hec partes uiarum] Hec quauis magna diuinae potestatis indicia sint, quatacūq; tamen iure parua reputabūtur, & uix tenuis sibilus ad ingēs tonitruum: Nihil itaq; tam atrox, quod fides ipsa non tolerare possit, sic se in operibus potentiae dei exercens, maxime adhibito promissionis uerbo.

CAPVT XXVII:

- 1 **E**T addidit Iobes magnificare parabolam suam & dixit.

Sophares nunc iuxta ordinē differere debebat, sed contemptiorē arbitrat̃ Iobem, quā ut eum responso dignetur, id quod subinde faciunt conuicti heretici. Itaq; quā causam suam non stabiliret, Iobes ad omnes sermonem suum uertit, infractus adhuc, illisq; iuramento testatur se quam diu uiuat non subscripturum, accusans eos qui tam temere innocentem accusare, & iudicia sapientiae dei quae imperscrutabilis est inuadere audeant. Deinde alio sermone, asserens exemplum suum, docet nequaquam sic iudicandum hominibus. Magnificare parabolam posui, ubi habet tollere parabolam, uult enim nequaquam ueritatis assertorem, uictum, sed magis fortem ac disertū sub finem, deq; rebus suis eximie loquentum.

Disputationis tertiae oratio sexta,
Iob decimo loquitur.

- 2 **V**ixit deus qui amouet iudiciū meum, & altifimus qui amaricat animam meam.
- 3 **O**mnī tempore quo habitus meus in me,
& spiritus dei in naribus meis.

Si loquen